

## Yale University Library Digital Collections

<b>Title</b>	Ioannis Boccatii de Certaldo insigne opus De claris mulieribus ...
<b>Creator</b>	Boccaccio, Giovanni, 1313-1375
<b>Date</b>	[1539]
<b>Rights</b>	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
<b>Generated</b>	2021-02-25 19:26:48 UTC
<b>Terms of Use</b>	<a href="https://guides.library.yale.edu/about/policies/access">https://guides.library.yale.edu/about/policies/access</a>
<b>View in DL</b>	<a href="https://collections.library.yale.edu/catalog/10454544">https://collections.library.yale.edu/catalog/10454544</a>

---

IOANNES BOCCATIUS,  
DE IOANNE ANGLICA PA-  
pa. Caput xcix.

Artibus, illa dolis, literis instructaꝫ sacris,  
Ingenio miro facta repente Papa est.  
Nomine fit Papa, sed re foemina turpis abortit,  
Ac manet id quod erat, foemina plena dolo.



**I**oannes esto Vir nomine videbatur, sexu tamen foemina fuit. Cuius in-  
audita teneritas, vt orbi toto notissima fieret, & in posterum nosceretur  
effecit. Huius etsi patriam Maguntinam quidam fuisse dicant, quod propri-  
um fuerit nomen, vix cognitum est. Esto sint, qui dicant fuisse Gilsbertam,  
hoc constat (assertione quorundam) eam virginem à Scolastico iuvene dile-  
ctam, quem adeo dilexisse ferunt, ut posita verecundia virginali atqꝫ pauore  
foemineo, clam è domo patris effugeret, & amasium adolescentis in habitu &  
mutato sequeretur nomine, apud quem in Anglia studentem clericus existi-  
matus ab omnibus, & Veneri, & literarum militauit studijs. Inde iuvene  
morte subtracto, cum se cognosceret ingenio valere, & dulcedine traheretur  
scientiæ, retento habitu, nec adhærere voluit alteri, nec se foeminam profiteri,  
quinimò studijs vigilanter insistens, adeo in liberalibus & sacris literis profe-  
cit, vt præ ceteris excellens haberetur. Et sic scientia mirabili prædita, iam æ-  
tate prouecta, ex Anglia se Rhomam contulit. Et ibidem aliquibus annis in  
triuio